UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 7. Pontefix, an statuere possit ne exempti ratione officiorum subjaceant vigintiduum viris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

Quinto, Eadem diplomata adeo eximunt ut ne quidem officiorum quæ gerunt contemplatione exempti vocari poſſint coram qualicumque judice tam ordinario quam extraordinario uti videre eſt ex illa Iuliana quam huic tractatui inſerui, parte *2. quæſt. 77. nu. 6.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

Pontifex an ſtatuere poſſit ne exempti ratione officiorum ſubjaceant vigintiduum viris.

SUMMARIUM.

1. *Iulij Papæ privilegium eximit etiam ratione officiorum & beneficiorum.*
2. *Pirrho Philoſophus cenſebat de omnibus eſſe dubitandum.*
3. *Eccleſiæ clavibus non eſt detrahendum.*

1 IUlius Papa exemptos cleri ſecundarij diœceſis Leodienſis adeo exemit ut nequidem officiorum quæ gerunt reſpectu poſſint coram quibuſvis ordinariis aut extraordinariis judicibus conveniri ſed an jure fulciatur hæc conſtitutio Pirrho aliquis Ph loſophus qui de omnibus dubitandum cenſebat uti eſt apud Alciatum,
2 *l.certum ff ſi cert.pet.* fortaſſis ambiget. Certe nemo ambiget niſi qui Papæ poteſta-
3 ti ac Petri clavibus à Chriſto acceptis derogare voluerit, quare uti bene Navarrus admonet judices ſæculares, *in cap novit.not.6.num.34. ſexto Corollario de judicijs,* & Jacobus Almaynus, *de poteſtate Papæ cap.11.* cavendum eis eſt ne dum plus ſatisplacere volunt juriſdictioni atque poteſtati laicæ diſpliceant divinæ detrahendo clavibus Petri & Eccleſiæ poteſtati acceptæ ab ipſomet Chriſto Domino DEO noſtro.

QVÆSTIO OCTAVA.

An Eccleſia cathedralis illiuſve ſinguli canonici ſubjiciantur huic tribunali.

SUMMARIUM.

1. *Cathedrales Canonici ſunt membra myſtici corporis Epiſcopalis.*
2. *Canonici cathedrales an ſub diſpoſitione generali comprehendantur.*
3. *Canonici cathedrales ſunt exempti.*